

Hi decreverunt baccalaureos esse debere eos, quorum nomina subscripta sunt, numero tredecim:

Valentinus Zimmerman Lipsicus	Esaias Index Delizianus	
Paulus Borleus Grymnensis	Wolfgangus Gunther Luzensis	
Erasmus Kirstein Vratislaviensis	Adamus Iungenickel Zittaviensis	10
Georgius Graupicz Dresdensis	Ioannes Otto Thomaepontanus	
⁵ Christophorus Stil Weisenfelsius	Ioachimus Lymmer ¹⁾ Luzensis	
Hieronymus Gunther Camitianus	Nicolaus Sidelius ²⁾ Annaemontanus.	
Wolfgangus Aucrus Fribergensis		

Satisfecerunt singuli facultati nostrae.

Declaravit de his iudicium examinatorum et creavit eos in baccalaureos omnes mgr. Bartoldus Richius.

Cactera, quae acta fuere sub hoc decanatu, in chartaceo libro reperies.

* Professores publici optimarum artium:

Ioachimus Camerarius Pabergensis	} enarrabat	{	autores utriusque linguae et doctrinam
Wolfgangus Meurerus Aldenburgensis			ethicam
Ioannes Homelius			philosophiam Graece Aristotelis
Mattheus Heuslerus			mathematicam
Leonhartus Lycius			physica Aristotelis
Wolfgangus Fusius			Fabii Quintiliani institutiones
C 266. mgr. Maximus Geritz	} explicabat	{	Terentii scripta
mgr. Bartholdus Richius			elementa dialecticae
mgr. Bernhartus Rascher			elementa rhetorices
mgr. Mauritius Steinmetz			elementa physices
mgr. Hieronymus Zichenaus			elementa mathematicum
mgr. Ernestus Vogelin			Latinam grammaticam
			Greecam grammaticam.

Curator collegii novi Hieronymus Zichenaus.

Cum poneret suas rationes curator collegii novi de habitationibus, postulavit de singulis florenis grossos singulos sibi, ut putabat[?], a facultate promissos et antea datos, simul et Ioachimicum pro clausura collegii, quod mihi visum esset clavigeris ad consilium facultatis referendum. Die Egidii in publica consultatione decretum est, ut curator novarum aedium pro molestissimis suis operis habeat posthac grossum unum de singulis florenis, quot in suis rationibus habuerit, clausuram vero ipse provideat sua pecunia atque libera sit facultas artium a talero illo, quem antea pro clausura exposuerat. *

1554 Wintersemester. 291. Decan Iohannes Hofmann von Forchheim.

C 267.
N 142.

Ioannes Hofmannus³⁾ Forchemius, liberalium artium et philosophiae magister, communis optimarum artium studii decanus consentientibus electorum suffragiis electus

¹⁾ Lymmer. ²⁾ Seydel. ³⁾ Hoffmannus.